

Corollarii loco possent adduci multa variaque sententiarum divortia, quibus sese mutuò implicant Pontificii, de conclusionibus fidei, earumque certitudine, de quibus videri potest Albertinus fol. 224. sequent.

In quæ principia & quomodo fides resolvatur? Nec de eò constat inter Pontificios: Vide Albertin. fol. 243. Quæstionum.

Atque hæc est, concors illa de fide Papistarum fides, de arduis sanè quæstionibus, ipsamque salutem nostram concernentibus ἀνεπίπολις: Ex quo colligat lector, quàm mendax sit Papistarum de fidei suæ unitate gloriatio.

CAPUT XXIII.

DE SACRAMENTIS

in Genere.

I.

De Etymologia vocis (μυστήριον) non conveniunt Pontificii. Bellarminus dictum putat à μύσος, quod notat scelus, ex Clemente Alexandrino: Contrà, reprehendit Dominicus à Soto hanc Etymologiam in 4 dist. 1. quæst. 1. art. 1. teste Bellarm. lib. 1. c. 8. de Sacrament. c. 23. c.

Non